1416
27 novembre

Mortbio 21 (109)

In Nomine domini Anno a Nativitate eiusdem Millequadringentesimosextodecimo Indictione decima die veneris vigesimoseptimo mensis novembris. Cum vita et mors in manu dei omnipotentis sint et melius sit sub metu mortis vivere quam sub spe vivende ad mortem subitaneam pervenire. Ideirco in dei nomine Ego Petrola de arluno filia quondam domini Alusii et filia quondam et heres domine Branchine de carcano olim uxoris dicti Alusii etiam publico instrumento aditionis hereditatis tradito et rogato per me notarium infrascriptum hodie ante presens instrumentum Civitatis Mediolani porte vercelline parochie sancte valerie sana mente et corpore et bone memorie ac etiam boni et sani intellectus volens ab intestato decedere nec mea bona inordinata relinquere adhoc ne de meis bonis inter meos posteros aliqua oriatur lis contentio discordia aut controversia hoc meum facere proposui et feci et facio testamentum codicillos et ultimam voluntatem quod quos et quam vollo iubeo ordino et mando valere et tenere debere iure testamenti nuncupatium et si non valeret et non teneret iure testamenti nuncupatium vollo iubeo et ordino valere et tenere debere iure codicillorum et si non valeret et non teneret iure codicillorum vollo et ordino ac iubeo valere et tenere debere iure donationis causa mortis et cuiuslibet mee bone et ultime voluntatis et omnibus modo iure via et forma quibus melius fieri et valere (tenere) potest et poterit. Ita tamen quod una via alteri non derogetur nec econverso sed prout melius et validius fieri et valere et tenere potest quoniam sic volunt et decernit mea et ultima bona voluntas ut infra. Videlicet In primis namque dico et protestor quod numquam feci nec condidi aliquod testamentum codicillos nec ultimam voluntatem quod recorder et siquod que vel quam actenus reperiantur per me testatricem factum et conditum sive facta et condita seu factam vel conditam esse illud illa et illam casso irrito revoco et annullo et nullius valloris et momenti esse vollo iubeo et ordino etiam si in eis contineretur aliqua verba derogatoria sive generalia sive specialia sive etiam per sacramentum seu aliter quomodocumque vallata de quibus expediret mentio specialis fieri et de quibus omnibus si recordarer specialem et expressam facerem de verbo ad verbum mentionem quoniam de eis omnibus me penitet et penituit volens decernens et mandans hoc presens meum testamentum codicillos et ultimam voluntatem omnibus aliis fuisse et esse derogatorium quia sic decernit mea ultima voluntas. Item presens obtenta licentia ab Illustrissimo domino domino duce Mediolani et cetera ut patet per litteras tenoris huiusmodi videlicet Dux Mediolani et cetera papie anglerieque comes. Recepimus pro parte Petrole de arluno filie quondam Alusii supplicationem tenoris huiusmodi. Illustrissime ducali dominationi vestre humiliter et devote supplicatur pro parte vestre fidelis subdite Petrole de arluno filie quondam Alusii et filie quondam et heredis Branchine de carcano ut cum ipsa supplicans ob reverentiam dei et beati luce evangeliste et salutem anime ipsius supplicantis intendat monasterium seu domum humiliatarum dedicatum sub vocabulo sancti luce situm in porta vercellina vestre Civitatis Mediolani intrare et in humiliatam et professam ipsius domus recipi velleque ipsa supplicans dicto monasterio seu domui humiliatarum et professis eiusdem relinquere et legare seu disponere et transferre amore dei et pro anima ipsius supplicantis et patris et matris eiusdem et presertim nepotum eas humiliatas et capitulum libris et aliis necessariis fulcire quamdam petiam unam terre campi iacentem et constitutam in zardino vestro Mediolani in braida ecclesie seu domus sancti Ambrosii ad nemus ubi dicitur ad braidum sancti Ambrosii perticarum decemocto vel circha. Cui coheret ab una parte strata ab alia Jacomoli cavrole ab alia Beltramini cavrole et ab alia gasparini de [illegible]. Cum omnibus iuribus et pertinentiis et item omne ius ipsi supplicanti competens pertinens et spectans in et super dicta petia terre et eius occasione dubitatque ipsa supplicans ipsam petiam terre legare seu disponere et transferre in ipsas humiliatas et capitulum et ipsis humiliatis et capitulum eam petiam terre campi talibus acceptare ex eo quod ipse humiliate et capitulum iurisdictioni ecclesiastice et non potestati communis Mediolani sunt supposite propter certa decreta et ordines et statuta prefate vestre dominationis vestrorumque precessorum ac communis vestri Mediolani bona subditi in non subditum alienari et transferri prohibentia. Propterea ne tam pium tollatur et remaneat opus et ut possit eius vitam in dicto monasterio quiete et pacifice degere et finire ut optat. Dignemini specialem gratiam ipsi supplicanti faciendo ex certa scientia et de plenitudine vestre potestatis dispensare et concedere per vestras patentes et oportunas litteras quod dicta supplicans legare et relinquere seu disponere et transferre possit dictis humiliatis et capitulo seu in eas et ipse decipere et here ac stipulari dicta bona et omne ius eidem supplicanti competens super dictis bonis etiam quolibet titulo a dicta supplicante cum omnibus et singulis clausulis et solempnitatibus debitis opportunis et necessariis et quod quilibet notarius possit de predictis publicum instrumentum et publica instrumenta unum et plura facere tradere et rogare ac stipulari et etiam quilibet notarius et testes et alii quilibet proinde necessarii possint et valeant ad predicta interesse etiam absque aliqua solutione pecunie etiam que veniret solvenda ex forma decretorum statutorum seu ordinamentorum et quod ea instrumenta valida sint et robur firmitatis obtineant aliquibus decretis statutis et ordinamentis vestris vestrorumque precessorum ac communis vestri Mediolani non obstantibus. Omnibus quatenus est opus in hac parte ex certa scientia et de vestra potestate derogare dignemini per easdem litteras. Cuiusquidem supplicantis (omnes) continentiam attendentes prindeque dicte Petrole supplicanti complacentes harum serie ex certa scientia et de nostre potestatis plenitudine dispensamus quod eadem supplicans legare relinquere et iudicare possit prefatis humiliatis et capitulo de in eas et in ipsis transferre dictisque humiliate acceptare et here petiam dicte campi supra descriptam et coherentem et parvit omne ius eidem supplicanti quovis iure et titulo in et super eadem petia terre competens Et quilibet notarius inde valeat instrumenta conficere cum solempnitatibus debitis ipsisque testis ex predictis interesse licite et impune aliquibus statutis decretis et ordinamentis nostris et seu communis nostri Mediolani in contrarium nequaquam obstantibus. Quibus in quantum obviarent ex eadem certa scientia et potestatis plenitudine derogamus et derogatum esse volumus et iubemus intendentes tamen et volentes quod bona predicta cum onere suo transeant. Has presentem dispensationem et licentiam mullatenus gessuri In quorum testimonium presentes fieri iussimus et registrari nostrique sigilli munimine roborari. Datum papie die undecimo septembris Millesimo quadringentesimo sextodecimo Indictione decima. Johannes [illegible] prout in eis litteris patentibus latius continetur seu continere reperitur sigillatis sigilo prefati domini domini ducis lego et iudico dictis humiliatis sororibus capitulo et conventui domus sancti luce site in porta vercellina in parochia sancte valerie Mediolani suprascriptam petiam dicte campi perticarum decemocto vel circa suprascriptam et in suprascriptis litteris nominatam et coherentem cum omnibus suis iuribus et pertinentiis et item omne ius mihi testatrici competens pertinens et spectans in et super dicta petia terre et eius occasione et hoc a presenti die et hora in antea Itaque quod etiam me vivente ipse domine priora humiliate et capitulum possint et valeant tenere et possidere usufructuare et gaudere dictam petiam campi et eius fructus redditus et proventus eius modo et forma prout possem ego testatrix si non fecissem presens legatum. Et vollo et ordino quod infrascriptus heres meus non possit nec valeat eas dictas sorores et capitulum que sunt et pro temporibus erunt aliqualiter turbare molestare nec inquietare in predictis eis legatis ut supra nec parte eorum quinymo vollo et ordino me teneri et etiam omnia bona mea et etiam dictus heres meus teneatur et debeat defendere et manutenere et ad defendendum et manutenendum dictas dominas et capitulo dicte domus sancti luce que sunt et pro temporibus erunt predicta omnia et singula per me legata ut supra in forma communi et secundum ius. Et in casu quo predicta ut supra legata eisdem dominabus et capitulo aliter quam supra et ea dictas dominas et capitulum evincerentur legitime et auferrentur in toto vel pro parte et seu quod predicta ut supra legata non remanerent dictis dominabus et capitulo libere ad dandum et solvendum et quod dicti et solvant ac exbursent eis tantum et quibus eorum lego et iudico eorum vollo iubeo et mando dari debere statim per infrascriptum heredem meum dictis dominabus sororibus capitulo et conventui dicte domus loco et sanctio predictorum ut supra legatorum. Et pro inde me et omnia mea bona et iura obligo et obnoxio et obligata et obnoxiata esse vollo iubeo et decerno in manibus tui notarii publici persone stipulanti et recipientis nomine et vice et ad partem et utilitatem dictarum dominarum sororum capituli et conventus dicte domus que sunt et pro temporibus erunt. In omnibus autem aliis et singulis meis bonis et rebus mobilibus et immobilibus iuribus creditis iustitiis et nominibus debitorum que habeo et die obitus mei relinquam mihi heredem instituo et constituo Vinciguerram [illegible] filium quondam dicti domini Alusii fratrem meum legittimum Ita tamen et eo semper subintellecto quod ad observationem defensionem et adimpletionem predictorum omnium et singulorum per me testatricem factorum et ordinatorum libere omni exceptione abiecta et cessante teneatur nec ullo tempore directo nec per indirectum recalcitrare nec ullam questionem contra predicta vel aliqua ex eis movere possit nec valeat nec aliter se tueri quominus ad observationem predictorum omnium et singulorum teneatur. Et de predictis dicta testatrix rogavit per me Franceschinum Samarugam notarium infrascriptum publicum confici debere instrumentum unum et plura omnia et eiusdem tenoris, etiam de quolibet capitulo per se singulariter et divisim. Que omnia et singula suprascripta ad cautellam fecit et facit dicta Petrola in presentia et cum parabula consensu et licentia [illegible] de arluno filii quondam domini Roberti Civitatis Mediolani porte vercelline parochie sancti petri intus vineam agnati sui presentis volentis et consentientis et ei Petrole parabulam consensum et licentiam dantis et prestantis ad predicta omnia et singula ac iurantis et qui iuravit et iurat ad sancta dei evangelia manu corporaliter tactis scripturis quod in veritate credit predicta omnia et singula cedere et quod cedunt in et ad utilitatem dicte Petrole et in omnibus et per omnia et de verbo ad verbum prout in statutis communis Mediolani super hiis editis continetur et prout ex eorum forma iurari debet et requiritur. Actum in domo habitationis nobilis et sapientis viri domini Christofori [illegible] porte vercelline parochie sancti petri intus vineam presentibus Franceschino de pandulfis filio quondam [illegible] nove parochie sancti silvestri ambobus Mediolani notariis et prenotariis. Antonio de cassano filio quondam Petroli porte vercelline parochie sancte marie ad portam. Beltramino de corbeta filio quondam Anrici. Ambrosino de corbeta filio quondam Johannis. Mollo de legnano filio quondam Belli omnibus porte vercelline parochie sancti petri intus vineam et domino presbitero Beltramo de Bevilaqua canonico prebendato ecclesie sancte Marie ad folcorinum site in porta vercellina in parrochia sancti victoris ad teatrum et habitante in domibus se tenentibus cum dicta ecclesia sancte Marie omnibus Civitatis Mediolani testibus notis idoneis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(S.T.) Ego Franceschinus Samarugha filius alterius domini Franceschini Civitatis Mediolani porte novarum parochie sancti marchi in monasterio notarius rogatus tradidi et subscripsi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1854762478-13
DFG

4)

1416. 27. Nov
Mailand
Privattestament

Zardino

XXIX, 75

Morbio Z1 (109)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1854762478-13